Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



¶ Quare opus est qui melius sit auditores in timorem inducere
tales ipos cedere: ut credant se posse pati aut alij maiores
passi sint ¶ similes quoque aut pati aut passos ostendemus: et
ab iis a quibus non putabant sic quoniam patet quid ti-
mor sit: quid timendum: et quomodo se habentes singuli ti-
meant: ex his etiam manifestum est quid confidere sit: et
in quibus homines confidit: et quo pacto fidentes affecti sint
vt enim fiducia timori contrarium est: sic id quo confidimus
et quod timemus ¶ Quare spes est simul cum ymaginatione
rerum salutarium quippe ob adsint: cum terribilia vel non sint:
vel longe absint ¶ sunt autem in quibus confidendum est: et
pericula cum longe absunt: et scanda cum ipse assunt ¶ correcti-
ones quoque si sunt ¶ et psidia ut multa vel magna vel
utrumque ¶ tem si neque afficerint neque affecti in iuris sint: si
aduersarij omnio non sint: aut non habeant potenciam: aut
si habeant amici sint: vel bene meriti de ipsis: vel de quibus
nos bene meriti ¶ ¶ tem confert: si plures in eisdem sunt:
aut meliores: aut utrumque ¶ ipsi uero fidentes sunt: si ita
se habeant: ut multa se gessisse se putet: et nondum piditasse
ut sepius in pericula deuenerint et euaserint ¶ Dupli-
citer enim in passibiles homines solent fieri: aut aut quia ex
perti non sunt: aut quia auxilium habeant ¶ velut in imperi-
tis maximis: et qui in tempestatibus sunt: confidunt de futuris:
et qui opitulari sibi possunt: quoniam experti ¶ ¶ Preterea
si non terribile paribus sit: aut in moribus: et quibus meliores
se putant ¶ ¶ putant aut iis se meliores: quos ipsos vel eorum
pares aut etiam meliores superare ¶ si plura et maiora
sibi in esse arbitrantur: quibus ad excedant: timendi sunt ¶
ea sunt pecunie magnitudo: corporis vires: opes regio
nis amicorum apparatus quoque bellici aut omnis aut maximi
¶ si nemine in iuris affecerint: aut non multos: aut non
tales quales metuerent ¶ et omnibus si pyi in deos sint:
et tam ceteri que dis attribuuntur: bene se habeant: quoniam omnia

her et timet
non putabant

in experti